R. P.

GARNERI CAN.
REGULAR. ET SUBP.
S. VICT. PARIS.

GREGORIANUM

Hoc eſt,

Allegoricæ omnium
penè rerum in
Biblijs cōtētarum
explanationes,
promptæ ex uniuerſis
D. Greg. PAP. ſcriptis:

*Pernecessariæ verbi Diuini
præconib, et interpretib;
recens aucta notis*

GREGORIANORUM
Scriptorum:

Studio F. IOAN. PICARDI
can. Reg. S. VICTOR.
Pariſienſis.

PARISIIS
Via Iacobæa, Sūptib.
BURCHARDI KUIK
ANNO MDCVIII
Cum Priuilegio

REVERENDO IN CHRISTO PATRI, ET DOMINO D. DIONYSIO de Coulomp ſancti Victoris Pariſienſis ſummo Priori Vicario dignisſimo. S.

INtermortuam auorum memoriam renouare, vitamque ab ijs acceptam quadantenus, & pro virili reddere nemo, niſi Carnabas, Ptolomeus Philopator, Agyrti, cæteraque huiuſmodi parricidarum impiorum fex, non aſſeruerit diuinæ pietatis eſſe. Quidni pietatis diuinæ? Etenim ſi vota, ſacrificia, ſupplicationes, obſecrationes, vniuerſaque ad Dei optimi maximi cultum facientia, vocemus diuina: quantulum quoque honoris habitum parentibus nec iniquè diuino decorabis titulo: cum & D. Gregorio Theologo, pater ſit Deus quiſpiã mortalis & creatus à Deo immortali & increato, liberique cũ Dei vice habere debeant. Mitto præclara in hanc rem elogia Ethnicorum, vt verba

Ad vitalianum.

Ariſtot. 8. Ethi. c.13.

R. P. F. GARNERI, CANON. REGVLARIS S. Victoris Pariſ.

GREGORIANI LIBER Primus.

Cap. 1. *De Deo.*

DEVS aliquando in ſacra ſcriptura nuncupatiuè, aliquando verò eſſentialiter dicitur. Nuncupatiuè enim dicitur, ſicut ſcriptum eſt. *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis.* Et ſicut Moyſes ait: *Si quis hoc, vel illud fecerit, applica illum ad Deos*: videlicet ad ſacerdotes. Qui rurſum dicit: *Dijs non detrahes*: id eſt ſacerdotibus. Et ſicut Pſalmiſta ait. *Deus ſtetit in ſynagoga deorum: in medio autem Deos diiudicat.* Eſſentialiter autem Deus dicitur: ſicut ad Moyſen dicitur. *Ego ſum Deus patris tui: Deus Abraham, Deus Iſaac & Deus Iacob.* Vnde Paulus Apoſtolus volens nuncupatiuum Dei nomen ab eſſentiali diſcernere, de Redēptore noſtro locutus eſt dicens, *Quorum patres ſunt & ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula.* Qui enim nuncupatiuè dicitur, Deus inter omnia, qui vero eſſentialiter, Deus ſuper omnia eſt. Quia & electus quiſque vel in exemplo iuſtitiæ prærogando poſitus dici Deus poteſt: ſed inter omnia quoniam nuncupatiuè Deus. Chriſtus autem Deus eſt ſuper omnia, quia naturaliter Deus.

Ex hom. 8. in Eze. 1. *Exod. 7. v. 1.* *Exod. 22. v. 8.* *Ib. v. 28.* *Pſ. 81. v. 5.* *Exo. 3. v. 6.* *Rom. 9. v. 5*

Extraict du Priuilege du Roy.

HENRY par la grace de Dieu, Roy de France & de Nauarre. A noſtre Preuoſt de Paris, Seneſchal de Lyon, Bailly de Caen, Rouen, & tous nos autres iuſticiers officiers qu'il appartiendra Salut: Noſtre bien aymé Iehan Picard Religieux profex en l'Egliſe S. Victor lez Paris. Nous à fait remonſtrer, que depuis peu de temps en ça il auroit paracheué vn liure intitulé *Garneri Superioris Canonici regularis Gregorianum Sancti Victori*, Liure de Theologie fort neceſſaire pour le bien public, & deſirant à preſent faire imprimer & mettre en lumiere, par tel Imprimeur & Libraire que bon luy ſemblera, ce qu'il craint ne pouuoir faire s'il n'auoit ſur ce nos lettres & permiſſion. A ces cauſes deſirant ne congnoiſtre ledit Picart en conſiderations des bons & agreables ſeruices qu'il nous à rendus au faict de la Religion Catholique Apoſtolique & Romaine, & pour luy donner plus d'occaſion de continuer à l'aduenir, & a ſa ſupplication & requeſte, auons permis & accordé permettons & accordons par ces preſentes à Burchard Kuick Libraire en noſtre Vniuerſité de Paris, d'imprimer ou faire imprimer, vendre & debiter ledit liure reueu & corrigé par ledit Picart, & ce par tous les lieux & endroits de noſtre Royaume, pays, terre, & ſeigneurie de noſtre obeiſſance durant le temps & eſpace de ſix ans finis & accomplis, faiſant à ceſte fin deffences à tous autres Imprimeurs Libraires de n'imprimer ny faire vendre ny debiter le Liures cy deſſus nommé, cy ce n'eſt du conſentement deſdits Picart & Burchard à peine de confiſcation deſdits Liures & de tous deſpens dõmages & intereſts & d'amende arbitraire. Car tel eſt noſtre plaiſir: Donné à Paris le 12 iour d'Aouſt l'an de grace 1607. Et de noſtre regne le dixhuictieſme.

Par le Conſeil.

PAVLMIER

APPROBATIO.

NOS Doctores Theologi teſtamur perlegiſſe Gregorianum Garneri Subprioris S. Victoris Pariſienſis &c. illuſtratum ſcholiis à F. Ioanne Picardo eiuſdem Cœnobii Canonico Regulari : in eóque nihil deprehendiſſe repugnans fidei Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ : imò ad eiuſdem dilucidationem, verbi Diuini præconibus perutile iudicaſſe. In cuius rei fidem ſignum noſtrum appoſuimus VIII. cal. Octob. MDCVII.

P. Vvaſſagle.

A. Soto.